

post natum Joannem Baptiftam, peracta est hæc legatio, ut impleretur fcriptura, *Mala: 3.* quæ Joannem Chrifti præcurforem futurum, prædixerat.

2. Ut Maria exemplo gravidæ Elizabethæ confirmaretur, ne de verbis Angeli, qui illam licet virgo effer, Chriftum parituram dixerat dubitaret.

V S V S.

Aperit fe itaq; hîc latiffimus campus, de verbi divini veritate dicendi. Item, de fingulari bonitate DEI, qui nihil horum, quæ ad augendam fidem noftram faciunt, prætermittit. *ψ 33. Efai 40.*

II. Quis mittatur? *Angelus Gabriel.*

V S V S.

Apparet Angelos effer ministros DEI. *ψ 103. Dan: 7.*

III. Quis mittat? *DEVS.*

V S V S.

Liquet ergo Deum favere humano generi.

IV. Quo mittatur? *In Nazareth.*

*I. Joh: 1.* quæ urbs fuit abjectiffima.

V S V S.

*ψ 113.* Videmus Deum humilia refpicere.

V. Ad quam Perfonam? *Ad Mariam.* quæ defcribitur à virginitate, à conditione, à tribu, à nomine.

Liquet